



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Bonaventvræ Episcopi Cardinalis Albanensis,  
Seraph. Doctoris Ecclesiæ, Speculum Disciplinæ, Et  
Profectus Religiosorum: Libelli ad pietatem vtilissimi**

**Bernardus <de Bessa>  
Bonaventura <Heiliger>**

**Antverpiæ, 1591**

De generalissima tentatione. Cap. IIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53148](#)

*De generalissima tentatione.*

## C A P. I I I I.

**G**ENERALISSIMA autem tentatio,  
qua omnes in hoc mari magno & spatio-  
so quassamur, potest ad omnium vitiorum  
conflictum referri: in qua s̄xpe periclitamur  
quasi submergendi, & iterum resumptis viri-  
bus subleuamur, quasi deinceps ab eorum im-  
pugnatione securi. de qua dicitur, Qui descen-  
dunt mare in nauibus, facientes operationem Psal. 106.  
23.  
in aquis multis. Mare est vitiorum profun-  
dum, naues religiones, quibus enauigatur se-  
culi vitiis. Procellæ maris, tentationes sunt vi-  
tiorum: ubi vidēt nauigat̄es opera Domini, &  
mirabilia eius in profundo, quando conside-  
rant, quanta potentia & pietate custodit cer-  
tantes à fluctibus peccatorum, & quanta sa-  
pientiæ ratione permittit eos tribulari, & dat  
eis victoriam per varia consilia, & remedia vi-  
tiorum. Qui non est tentatus, quid scit? & qui  
non est expertus, pauca recognoscit. Vir in Ecclesi. 34.  
multis expertus cogitat multa: & qui multa  
didicit, enarrabit intellectum. Ascendunt usq;  
ad cælos per fiduciæ securitatem, & rursum  
descendunt usque ad abyssos per timorem suc-  
cumbendi in temptatione: vel ascendunt usque  
ad cælos aspiciendo divinæ pietatis auxilium,  
& descendunt usque ad abyssos, intuendo pro-  
priæ fragilitatis defectum.

*De utilitate subtractionis spiritualis  
consolationis.*

## C A P. V.

**T**RIBA autem discimus in subtractione  
consolationis internæ, scilicet de minimis  
beneficiis gratias agere, & minimas quaslibet  
culpas & negligentias timere & cauere, & mi-